

tribulationibus suis consolari. Sed ego
veritatem dico vobis. exprobit vobis
ut ego vadam. i. subtrahat aspectui
vestro presentiam meam corporalem. et ideo sub
dit. Si enim non abiero pacem non ve
niet ad vos. **Ly.** quia plenitudo sancti
spiritus non erat danda nisi post ascensionem
christi. unde **Crisostomus.** Apostoli minus corpora
lem presentiam christi diligebant. et ideo ad
susceptionem spiritus sancti minus idonei erant.
Sed tamen secundum theodorum de aquino super **Jo.**
quia ille amor quo discipuli diligebant
corporealem presentiam christi non erat pecca
tum. reddebant tamen ex hoc minus idonei
ad perceptionem spiritus sancti. habita enim
vna consolatione non querit alia. unde quia
delectabantur in presentia christi non petebant
nec desiderabant aduentum pacis. **Ipsi**
enim non veniet ad mentem hominis nisi vo
catus et desideratus. unde **Sapientia.** vii. Op
taui et datus est mihi sensus vocavi et
venit in me spiritus sapientie. Et cum vena
rit ille. arguet mundum de peccato. theodorus.
Spiritui sancto attribuitur correctio.
quia correctio debet procedere ex carita
te. de peccato. theodorus. quod habet vel fecit. et
de iusticia. quam non habet. et de iudicio
quod non timet. de peccato quidem quia non cre
dit in me. **Theodorus.** iudei peccabant in
christum quia non credebant eum esse christum vel
messiam. de iusticia. scilicet christi quam non ac
ceptauerunt homines mundani. nec imita
ei voluerunt. quia vado ad patrem. **Ly.**
per hoc enim quia christus resurrexit et ad ce
lum ascendit declarata est eius iusti
cia quia soli iusti intrant celum. unde **psalmus.**
cxvii. Nec porta domus iusti intrabunt
in eam. et iam non videbitis me. presentia
corporeali habitante vobiscum. quia post
ascensionem apostoli non viderunt in terris
christum. De iudicio vero. scilicet futuro quod
mundus non timuit. oportebat tamen time
re. quia princeps huius mundi iam iudica
tus est. i. condemnatus divina sententia tanquam
obstinatus. Et per consequens omnes ei adhe

rentes. eodem iudicio condempnentur condemnabi
les. Si enim de angelis peccatis non
peccat nec hominibus peccat. Adhuc multa
habeo vobis dicere. sed non potestis por
tare modo. scilicet propter vestram imperfe
ctionem et illorum dicendorum de altissimis
fidei arduitatem et profunditatem. Cum
autem venerit ille spiritus veritatis. **Ly.**
i. spiritus sanctus qui est veritas per essentiam
et effectiue docendo eam. ille docebit
vos omnem veritatem. **Ly.** scilicet necessaria
ad salutem. non solum per personam vestram
sed etiam ad regimen ecclesie et fidelium in
structionem. Non enim loquetur a semetip
so. **Ly.** quia sicut non est a semetipso sed
a patre et filio. ita nec a se loquitur. sed
quocumque audiet. a me et a patre. quia
suum audire est ab eis procedere. loquitur.
scilicet vobis. et qui futura sunt annuntiabit
vobis. **Ly.** multa enim de futuris per spi
ritum sanctum reuelata fuerunt apostolis. Si
autem apostolo **Iohanni** reuelatus est pro
cessus ecclesie usque ad finem mundi in
Apocalypsi. Et petro suum martirium secundum
quod ipsemet dicit. ii. petrus. p. scio quia ve
lo est depositio tabernaculi mei. Et
paulo reuelatum est quia in nouissimis die
bus discedat quidam a fide. ut habetur
i. ad **Thimotheum.** ii. Ille me glorificabit
Theodorus. quia ad inuocationem nominis mei
facietis opera mirabilia. quia de meo ac
cipiet. i. sciam et cognitionem habebit a
patre sicut et ego. et annuntiabit vobis
7 Dominica quarta post octavas pa
sche. **Euangelium secundum Iohannem.** xvi.

In illo tempore dixit ihesus disci
pulis suis. Amen amen dico
vobis. Si quod petieritis patrem
in nomine meo dabit vobis. **¶** Sed modo
non petistis quicquam in nomine meo. Peti
te et accipietis ut gaudium vestrum sit
plenum. **¶** Nec in puerbis locutus sum
vobis. venit hora cum iam non in puerbis
loquar vobis. sed palam de patre annuntiabo
vobis in illo die in nomine meo petetis

*Quod si per prophetas huius mundi
non actum tractatum per prophetas
et secundum et per prophetas
apostolos*

Et nō dico vobis: q̄ ego rogabo pa-
trem de vobis. Ipse em̄ pater amat
vos q̄ vos me amastis et credidistis
q̄ a deo exiui. Exiui a patre et veni in
mūdum. Iterum relinquo mūdum
et vado a patrem. Dicūt ei discipu-
li eius. Ecce nūc palam loqueris et
proverbium nullū dicis. Rūc scim⁹
q̄ scis omnia et nō op⁹ est tibi vt q̄s
te interroget. In h̄c credim⁹ q̄ a dō
existi.

Postilla

Amen amē dico vobis Jo. xvi
Historia hui⁹ euāgelij facta est
āno xp̄i. xxxij. ix. kal. april. v. fena
in cena dñi luna. xij. indictione. vi.
Ante initium illi⁹ euāgelij scribit s̄a-
ctus Joh. in eodem ca. q̄ xp̄s post ce-
nam dixit discipulis suis. Rūc vos q̄
dem tristitiam habetis. Iterum autem
videbo vos et gaudebit cor vestrum.
et gaudium vestrū nemo tollet a vo-
bis. Tūc postmodum sequit⁹ euāge-
lium hodiernū. Amē amen dico vob
Cor. hic dñs ihesus consolāt discipu-
los ex petitionū suarum exauditione
Et iramētum p̄mittit. vt homo nō
hesitet de petitione di. Amē amen di-
co vobis. Si quid petieritis patrē in
nomine meo. i. p̄tinēs ad salutem.
q̄ ihesus qd̄ est nomē xp̄i. saluator i-
terpr̄at. dabit vobis. Et si nō statim
tamē finaliter dabit. vel illud qd̄ pe-
titis vel eo meli⁹. vsq̄ modo nō peti-
stis quicq̄ in nomine meo. q̄ nō eāt
temp⁹ oportunū. q̄ ihesus dñs erat
cum eis p̄ntialiter qui omnia dabat.
vnde Cri. quid peterēt qui omne bo-
num secum haberēt. Petite et accipi-
etis vt gaudiū vestrū plenū sit. Tho.
q̄ omnis petiō ad illd̄ gaudium re-
ferri debet. hoc gaudium consistit in
votib⁹ anime et corpis Et erit plenū
gaudium in beatis. vt d̄r in ps. xvi
Satiabor cū apparuerit gl̄a tua. Nec
in puerbys locut⁹ sum vobis. scilicet

ego sum vitis vera et vos palmites.
Item ibi mulier cum parit tristitiam
habet q̄ venit hora eius. Venit ho-
ra cum iam nō in puerbys loq̄r vob
sed palam de patre annūciato vobis
Cri. Hoc erit temp⁹ resurrectionis.
q̄ tūc omnia manifeste eos docuit.
Nam per q̄dragita dies apparuit eis
post resurrectionē suam loquens eis
de regno dei. Act. p. Ly. xp̄s post re-
surrectionem clari⁹ et expressi⁹ docu-
it apostolos de regno dei q̄ ante Ip-
si enim erāt magis capaces. q̄ habe-
bāt sensum aptū ad intellectum scri-
pturarū. vt habet Lu. vlti. ca. In il-
lo die scz in die penthe. in noīe meo
petetis. i. petēdo nomē meum iuoca-
bitis. q̄ post ascensionem et post missi-
onem spūs sancti. apostoli magis o-
tutem nominis ihesu xp̄i sentiebāt q̄
ante. Et ideo petitiones suas in noīe
ihesu formabāt. et ppter hoc oratōes
ecclesie in fine formanē in noīe xp̄i.
dicēdo per dominū nostrū ihesū xpm
et c. Et non dico vobis q̄ rogabo pa-
trem de vobis. tho. q. d. ad exaudiē-
dum vestras petitiōes apud patrem
nō erit necessaria oratio mea. q̄ sol⁹
amor quo diligitis me sufficit patro-
cinari. ipse em̄ pat̄ amat vos Amās
facile dat amāt. q̄ vos me amastis
vtz Jo. xij. Qui diligit me diliget⁹
a patre meo. et credidistis q̄ a dō ex-
iui. Exiui a patre. per eternā genera-
tionē. et veni in mūdum. per carnis
assumptionem. Iterum relinquo mūdū
per passionē et corpalez p̄nam. et va-
do ad patrē. p̄ ascensionem. qñ exal-
tat⁹ est vsq̄ ad dexteram dei patris.
Dicūt ei discipuli eius. ecce nūc pa-
lam loq̄ris et proverbium nullū dicis
Ly. clari⁹ loq̄bat⁹ de p̄cessu ei⁹ a pa-
tre. et de aduētū ei⁹ in mūdum p̄ car-
nis assumptionē q̄ fecerat añ. Rūc
scim⁹ q̄ scis oia. Ly. ex doctrina em̄

eius et miraculis plenius eius deitate
cognoscebant. et non est opus ut quis
te interroget. sepe enim ut dicit glo
sa. Volentes ab eo quere audiebant so
lutionem antequam ponerent questio
nem Et sic prius eis respondit antequam
quereretur. In hoc credimus quod a deo
existi. Tho. quasi diceret. Intelligen
tia omnium occultorum facit nos crede
re quod tu sis verus et naturalis filius dei.
in quo sunt omnes thesauri sapientie
et scientie dei absconditi. Unde circa p
sens euangelium ubi dicit. Petite et ac
cipietis. Notandum secundum Augustinum. quod tri
plici sunt bona in genere. Infima. me
dia. et summa. Infima bona sunt tempo
ralia. que quasi nihil sunt. Unde iheremias.
Asperi terram et ecce quasi vacua
erat et nihil. Et talia sub conditione pe
ti possunt moderate. videlicet si placet
da sanitatem. temporalia. et vitam.
et cetera. Et ratio est quod aliquibus bona tem
poralia. ut scientia honores et amica di
uitie et similia. quandoque sunt occasio
peccandi. aliis occasio merendi. Sed qui
bus possint et quibus obfint. solus deus
scit. ideo sibi committenda sunt. Alia sunt
bona media scilicet virtutes que nulli ob
esse possunt et illa feruenter sunt peten
da. Alia optia ut beatitudo celestis
et illa bona petenda sunt feruentissime.
Sed queritur cur deus non seatur dat quod
petitur. Respondetur primo quod tunc homo
minus meritum haberet non iterando
orationem. Secundo quod vilipenderetur
vel minus curaret illud quod cum mo
dico labore acquireretur. Tercio ut de
siderium augeat ut patet in muliere
chananea. Quarto ut homo humilie
tur. ut patet in eadem chananea que se
canem fatebatur. Quinto quia melio
ra interdum dare vult deus tempore
oportuno. et quando ipsi homini fue
rit utile.

In die ascensionis domini Euan.
secundum Mattheum. xvi.

In illo tempore Recumbentibus vnde
cum discipulis apparuit illis ihesus. et
exprobrauit incredulitatem illorum et du
ritiam cordis: quod his qui viderunt eum
resurrexisse. non crediderunt. et dixit
eis. Eunt in mundum vniuersum p
cate euangelium omni creature Qui
crediderit et baptizatus fuerit saluus
erit: qui vero non crediderit condemnabi
tur. Signa autem eos qui crediderint hec
sequens. In nomine meo demonia eue
nt linguis loquentes nouis. serpentes tollent
et si mortiferum quid biberint. non eos
nocebit. Super egros manus imponet et
boni habebunt. Et dominus quidem ihesus postquam
locutus est eis. Assumptus est in celum et
sedet a dextris dei. Illi autem perfecti per
dicauerunt ubique domino cooperante et ser
monem confirmante sequentibus signis.

Recumbentibus vnde cum discipulis
Postilla.

Mat. xvi. Historia huius euange
lij facta est Anno christi. xxxij. tercio no
nas Junij. luna. xxvij. feria. v. vic. ip
so die ascensionis. indictione. vi. Ante
meridiam illius euangelij. scri. san. Lu. quod christus vi
xit discipulis suis. Vos estis testes ho
rum. scilicet passionis et resurrectionis.
Et ego mittam promissum patris in vos scilicet
spiritum sanctum vos autem sedete in ciuitate quo
usque iouaminis virtute ex alto. Tunc per
modum sequitur euangelium hodiernum. Re
cumbentibus vnde cum discipulis. Dominus noster
ihesus christus cum in his quadraginta diebus per
multas apparitiones discipulis factas re
surrectionem suam approbasset. Hodie in
die ascensionis bis ipsis voluit appa
re scilicet in mensa dum prandebat.
Nam ut dicit magister in historia sc
lastica. Omnes tam apostoli quam alij di
scipuli et mulieres habitabant in ista
parte iherusalem. que dicitur mellos in monte syon
ubi dauid construxerat sibi palacium